



82

De Nuptiis
Illustris clarissimi atque doctissimi viri
IOANNIS ULRICI ROEDERI

Sereniss. Duci Saxo-Hilperhus. a Consiliis
Regiminis et Consistorii

cum
virgine dignissima

**IOANNA CATHARINA
ELISABETHA HIERONYMI**

Parentum Claritudine egregiis animi dotibus
formaque eximia prospicua
auspicatissimas

devota mente graculatus

et

Commentatiunculam de communione bonorum inter
conjuges Nobiles ditionis Coburgicæ
adjecta

Ioannes Christianus Henricus Fischer.

Hilperhus,
Typis Penzoldianis.

D. M. n. s. s. e.

W. h. e. c. h. l. l. u. d. o. g. g. i. n. n. a. m.

I. O. M. N. I. S. U. T. T. C. R. O. F. D. E. R. I.

S. u. n. k. p. r. e. s. t. r. a. n. g. e. r. a. n. g.

R. e. f. l. e. c. t. i. o. n. e. r. e. f. l. e. c. t. i. o. n.

c. a. r.

A. L. I. Z. E. S. G. I. Z. T. T. U. N. M. A.

I. O. A. N. N. A. C. A. T. H. A. R. I. N. A.
B. I. S. S. A. B. E. T. H. A. H. I. R. R. O. N. Y. M. I.

F. r. e. n. n. e. G. r. a. n. g. e. r. e. f. l. e. c. t. i. o. n. e. r. e. f. l. e. c. t. i. o. n.

T. o. r. e. n. d. r. e. n. m. e. r. e. f. l. e. c. t. i. o. n.

N. u. l. c. e. n. n. i. n. e.

G. r. a. v. e. r. e. n. n. e. r. e. f. l. e. c. t. i. o. n.

s. u. b. s.

G. o. n. n. e. n. n. e. r. e. f. l. e. c. t. i. o. n. e. r. e. f. l. e. c. t. i. o. n.

C. o. n. f. l. e. c. t. i. o. n. e. r. e. f. l. e. c. t. i. o. n.

s. u. b. s.

F. r. e. n. n. e. G. r. a. n. g. e. r. e. f. l. e. c. t. i. o. n. e. r. e. f. l. e. c. t. i. o. n.

A. L. I. Z. E. S. G. I. Z. T. T. U. N. M. A.

Illustri clarissimo atque doctissimo viro
Ioanni Ulrico Roedero, Serenissimo
Duci Sax. Hilperhus. a consiliis
regiminis ac Consistorii Salutem!

Tanta jam pridem Tua in me fuit benevolentia, tanta-
que exciterunt benignitatis & indulgentie documenta, ut mi-
hi singula enarrare cupienti memoria vix ac ne vix quidem
sufficere videatur. De quibus omnibus debitas Tibi persolven-
di grates quamvis me imparem sentiam; attamen opportunam
occasione de votissimum Tibi qualicunque modo testificandi

)C 2

ani-

animum libens arripio, bāud dubitans, ea qua imbecillitati
mea defunt, Tua humanitate implementum quasi siuum fore
conjectura. Quare preprimitis Tibi ex animo amoris Tū
successum gratulor, Deumque Opt. Max. supplex rogo ac ve-
neror, ut connubium tam auspiciatum latum fauolumque faciat,
Teque ac Neonupēam omnibus bonis & muneribus suis sōpi-
ret. Simulque libellum exhibeo, ob temporis angustias non
satis quidem elaboratum nullaque alia dote conspicuum, ex sola
tamen brevitate commendabilem. Quam ut benigne ac pro
Tua in me indulgentia accipias, magisque ad animi integri-
tatem, quam ad ingenii mei mediocritatem respicias, enixe rogo.
Hoc uti magnum mibi erit in literarum studiis progrediendi
incitamentum, ita maximum puto, si Tuum favorem, Tuum-
que patrocinium mibi impasterum largitus es, id quod omni
qua possum reverentia abs Te peto. Vale. Scribebam die V.
Iduum Septembri. MDCCCLXXXII.



Ex omnibus fere, qui germaniam inhabitarunt, populis, Franconite orientalis, ac imprimis ditionis Coburgicæ incole moris jurisque patrii fuere tenacissimi. Cum enim in reliqua germania jamjam a secundo duodecimo ius romanum irreplisset, consuetudinesque antiquitus traditæ legibus scriptis ampliari mutari & mutilar coepissent, maiores nostri patrias leges & simplicitatem vite adeo sanctas & incontaminatas custodiverunt, ut ad finem usque seculi decimi sexti in iisdem institutis immoti perseverarent. Mores boni pro legibus erant illi, qui a pueritate conseruerant suo contenti vivere, aliena nunquam appetere, a litibus abhorre, plerasque arbitrio definire, in iudicio sine fraude, sine ambigibus agere & veritatem ingenue confiteri, negare autem & postea convinci turpe putare & poenam coercere: pauca juris romani vestigia:

:(3 ju

judices nulla juris scientia nisi patrii, quod traditione
edidicerant, instituti: forma processus simplicissima a
romano æque ac saxonico aliena. Ast sub duce Saxonie
Iohanne Casimiro, proptere mem, facies rerum profus
mutata est. Instituto enim scabinatu Coburgico, ibi
que, ut ad reliqua superiora judicia adhibitis alienigenis
patriarum consuetudinum ignarus assessoribus, leges ex
tranee magis magisque invalescere coeperunt. Quo
venit, ut jus romanum in subsidium, processusque
Saxonius lege publica recipentur, judiciorum for
ma sensim pedetentim mutaretur, trita via appellatio
nis judicia inferiora a pristina desicerent autoritate,
sententiae primae instantæ exjure consuetudinario latæ
in superiori ex jure romano transformarentur, aut lit
gantibus probatio consuetudinis antehac nunquam in
dubium vocata, multo cum eorum dispendio impo
neretur, uti exempla præsertim de consuetudinario
jure communionis bonorum inter coniuges, exque
ea resultantibus effectibus, usu quotidiano frequentissimo,
in Decisionibus a b. Rœslero collectis proflant
& ex querelis a senatu Coburgensi ao. 1629, occasione
concensus pistoris Iacobi Fischeri civis Coburgensis ad
Serenissimum perlatum colligere licet. Infecuta posthaec
cum belli tricenalnis calamitate omnia perturbarentur,
clausis judiciis res judicaria multos per annos vacaret,
longe justitio jura paterna oblivione penitus oblitterata
sunt & perierunt, ita ut pace recuperata nihil eorum
nisi

nisi pauca vestigia, eaque multis disceptationibus & dubiis involuta & implicata remanserint.

Inter ea germani originis communio bonorum conjugalis primum occupat locum, de qua quid statendum ex iis temporibus multæ questiones exortæ, multæ decisæ, pars ad nostram ætatem non plane exhaustæ pervenerunt. Ex quibus unam, an communio bonorum inter Conjuges in terris tractus Coburgici obtinens, quoad bona allo-dialia etiam ad Nobiles ejus regionis sit exten-denda? quæ mea memoria coram perillustri Regimine Ducali Hilperhusano bis mota, disparique modo a Facultatibus Iuridicis Halensi & Lenensi decisæ est, eli-gere & qua ex actis publicis aliisque fontibus collegi, breviter calamo prescribere in animo est.

Confuetudinarij jus & scriptum i.e. promulgatum in eo differre jurisconsulti ajunt, ut hoc omnibus potestati legislatoriæ subiectis datum esse intelligatur, nisi quem ordinem, personam aut ditionem legislator sigillatim exceperit; cum illud sensim a gentibus, urbium incolis aut singulis villis & ordinibus privato auctu, indulgentia & confessu tacito principum receptum, ad illos solos, qui receperunt, pertinere censeatur. Exinde Scabinatus Coburgensis initio præteriti saeculi teste Rœslero in decisionibus de Iure successionum in-

ter-

terris Saxonis et Coburgensibus, quotiescumque de receptione
ne consuetudines communionis bonorum inter conju-
ges lis moveretur, probationes de receptione in vicin-
ia ægre admisit, usque tum successu temporis illa
consuetudo testimonii judiciorum centenalium,
(*Land- und Centegerichte*), pluribusque sententiis ad
partium probata uniformiter latis (quarum magnam
partem a Roeslero l. c. conservatam habemus) ita fir-
maretur, ut hanc consuetudinem (*Landbrauch*) per
totum tractum Coburgicum generaliter obtinere su-
prema judicia attestari haud dubitaverint, illaque res,
utpote quæ manifesta, nullis amplius probationibus in-
digeat.

Quamvis vero attestata illa pleraque verbis gene-
ralibus: *dass in der ganzen Pflege Coburg der Land-
brauch der Gemeinschaft der Güter eingeführt sei,*
concepta sint, nec non ad omnes, qui in tractu Co-
burgico degunt, cuiuscumque conditionis ac vite ge-
neris sint, pertinere videantur; varia tamen obsunt,
quibus inductus hacce quod consuetudo ad Nobilium
ordinem extendenda sit per eam sola attestata extra
omnem dubitationis aleam positum haud existimet.
Cum enim testimonia supremorum Judiciorum attestas-
tis Iudiciorum Centenalium, sententiarii Scabinarii
Coburgici a Roeslero reservatis reliquis, & intuitu di-
ctionum Hilperhusanarum Constitutione pro emendan-
dis

dis processus defectibus ao. 1747. lata, ut & Hennii
Chronico Coburgensi innitatur, ea ex his interpre-
tanda eoque significatu, quem isti fontes præ se ferunt,
omnino accipienda sunt. Attestata autem Iudiciorum
centenalium a scabinis provincialibus (*Land-Schöpfern*)
juri dicundo præfectis, de iis, quæ coram ipsis gesta
sunt, edita, omni fide quidem digna sunt; Illa ipsa
vero judicia centenalia plebeis solūmodo in centenis
degentibus jus dicebant, nec a Nobilem ordine fre-
quentabantur, quorum lites more avito coram parib-
us curiæ ventilandæ, compromissario plerumque ju-
dicio aut in aula principum Saxoniorum, aut coram
Ducis Vicario, (*Wstfeger*), terminabantur. Attestata
itaque illa ad Nobiles nullo modo esse trahenda cer-
tum credo.

Non magis pro re faciunt sententiaæ Scabinorum
Coburgensium a b. Roeslero collectæ, quippe quæ
cum de communione bonorum inter conjuges agunt,
ad unam omnes in homines plebejos conceptæ reperi-
untur, adeo ut ne ullum quidem vestigium de lite in-
ter Nobiles ex communione conjugali decisâ inveniri
queat.

Pari quoque modo constitutio Hilperhusana pro
emendandis processus defectibus rem penitus indeci-
fam magisque dubiam relinquit. Verba enim: *Nach-*
dem

:():

dem auch unter Bürgers und Bauersleuten &c. duplii sentiū interpretari possunt, ut vel ordines quosdam subditorum, quibus solis ea lex data sit, indigent, vel solummodo eos, qui legis ferendae occasionem præbuerunt, designant, civicosque atque ruricolas contumelia quasi notarent. Priorem sententiam Jurisconsulti Halenfes de locatione Creditorum Centurionis de Bosc
ao. 1754. judicium ferentes, verbis: Daneben die fol
312 Vol. V. befindliche Sachsen-Hildburghäusische Verordnung
vom Jahr 1747. §. 17. die communionem bonorum, nebst dem,
was daselbst von der repetitione der illatorum der Eheweiber
verordnet worden, ausdrücklich auf Bürgers und Bauersleute
restringiret &c. &c. posteriorem Ienenfes de Iure Nobilis
virginis de Koeniz, illata materna et concursu paterno
revocantis ao. 1777. decernentes, amplexi sunt. Qui
bus accedit, ut ea lex nihil plane novi disponat, sed
effectum solummodo communionis conjugalis, qua
uxores ad solvenda communia debita adiunguntur, quod
juris romani nimia affectione contra veterem usum
in desuetudinem abierat, restitut atque revocet,
illosque modo ordines obliget, apud quos die Gemein
schaft der Güter notorischer massen bergebräue ist, id
quod de ordine nobilium et minus afferendum vide
tur, cum status Provinciales Hilperhusani in literis
d. 31. Dec. 1758. ad Perillustre Regimen Ducale missis
longe aliud affeverarint, verbis: Wir müssen endlich noch
mit wenigen gedenken, daß weilen in der mehr angeregten
Fürstl.

Fürstl. Constitution von Procesgebrechen §. 17. der Ausdrück
Bürger und Bauern befindlich, auch defßfalls eine Erlen-
terung und Declaration ertheilet werden möge, ob diese Commu-
nione bonorum statutaria und daran fließende Effectus nicht
auch auf die sämmtliche unter den hohen Collegis der Fürstl.
Regierung, Consistorio, nicht minder unter dem gesellichen
Untergericht stehende resp. Ministros Consiliarios, Beamte,
Pastores, und alle Untertanen zu vertheilen sey, damit auch
biernber bey sich ereignenden Vorfall kein neuerlicher Streit zu
verführen Anlaß genommen werden möge. Dabingegen
die inner Nobiles Conjuges ex immemorali con-
suetudine eingeföhre diverse Successions-Art
und Abweigung von der Communione bonorum
conjugali ihnen ferner zu wählen unbenommen bleiben
könnte.

Quodsi itaque omnia haecce argumenta, mecum
reputo, non possum quin statuam, neque supremorum
Iudiciorum attestata vulgo proferri solita per se sola,
neque constitutionem illam laudatissimam sufficere,
quibus communionis bonorum inter nobiles locum
sibi vindicantis probatio rite suscipi valeat.

Non autem alia defunt adminicula, quibus valor
hujus consuetudinariæ communionis bonorum circa
matrimonia nobilium evincitur atque roboretur. Per-
pendendo enim, ditionis Coburgensis incolas, capitula-
ribus

ribus regum Francorum ibi aut nunquam receptis,
aut defuetudine & non usu obsoletis, per saeculum XI.
XII. XIII. XIV. & maximam partem XVti folo jure consue-
tudinario utentes vixisse, nulla lege scripta de bonis
saltim conjugum superinducta, non dubito quin illa
conjugum communio, cui ex mente doctissimorum
Iurisconsultorum omnes feire germanae populi eo tem-
pore subfuerunt, vim legis etiam intuitu Nobilium
matrimoniorum sibi jure meritoque vindicare potuerit.
Nam qua lege alia illorum de jure matrimoniorum li-
tes decisas dicamus, nisi consuetudinario illo, jure ro-
mano tunc temporis plane ignoto; cum per simplici-
tatem istius aetatis tabulis matrimonialibus, quae hodie
plerumque conficiuntur, raro aut nunquam uterentur,
initaque pacta multa relinquerent indecisiva e jure deci-
denda? quin potius omnes dum de conjugum bonis
exortas lites defcientibus pactis ex consuetudine
(Landbauch) quae ad instar juris communis erat, de-
cidas, & qua dubii juris erant, per arbitros aut judi-
ces ex aequo & bono secundum analogiam istius con-
suetudinis putem determinatas.

Quibus, ut magis inhæream, tabulae antiquior-
rum saeculorum de contractibus a Nobilibus initis ex-
structæ suadent, quæ eam nobilium communionem
ubique satis indigant, nec ambigue docent, omnia
negotia de acquirendis alienandisque bonis allodiali-
bus

bus, a maritis nobilibus æque ac plebeis inita, consen-
ſu uxorum nunquam non fuisse peracta. Formulae ta-
bulis non tantum omnibus decimi quarti sequentium
que faculorum insertae: *Icb N. N. und N. N. mein ebe-
liche Wirtin bekennen — Icb N. N. bekenne, daß ich mit
guten Willen N. N. meiner ebelichen Wirtin — mit guten
Willen, bedachten Muth und mit Verbengniß meiner ebeli-
chen Wirtin — mit wohbedachtem Muth — mit vereintem
Muth — mit wohlvereintem Muth mit gemeinen Rath und mit
vereinten Willen — mit einträchtiger Willkür N. N. mei-
ner ebelichen Wirtin — einträchtiglich — mit gesamter
Hand — mein sefliger Wirt mit gesamter Hand und mit
meinen Willen — Ego N. N. dilecta uxor mea — co-
adunata manu — unanimi consensu per dilecta uxo-
ris mee — pari & unanimi voluntate uxoris
mee — uxoris nostri consensu & affensi plena-
rie accedente — de unanimi consensu & bona
voluntate uxoris mee — &c. (quarum copia in Di-
plomatico Schottgenii Tomo II. & III., ubi diplo-
mata monasteriorum Veilsdorffensis & Sonnefeldensis
typis excusa reperiuntur, videre licet) uxores omni-
um mariti bonorum fuisse socias, earumque consen-
ſum reputatum necessarium demonstrant.*

Argumentum aliud haud contemnendum ex do-
cumento a. 1399. condito (quod l. c. inter diplomata
Veilsdorffensis reperitur) desumo, ex quo verba: *Icb
Ott*

Ott von Heldritt gesessen zu Harras Katherin meyn eliche Wirtin wir bekennen bede öffentlich an disen brieff — — das wir mit guten willen und mit wolbedachtens mit Ein wechselfung haben gethan mit den erwirldigen geistlichen Frauen Sophie Fliegerin zu den gezeiten eptsein des Closters zu Pilsdorf — vmb unsren tyl, dem wir haben an den Hoff zum Hexbach der Eberharitz von Hespurgs seeligen ist gewest, meiner vorgenannten elichen Wirtin Vater, meynes fübers, und mir vnd meiner egnanneten elichen Wirtin nach syrn tode ist angefallen vnd zugeschieden, notatu dignissima sunt, quibus Otto de Heldritt se heredem bonorum socii Eberhardi de Hespurg ait exitisse, eoque profitetur se cum uxore sua in communione bonorum vivere indeque bona uxoris pro suis habere.

Cum porro ex conjugum Societate Successio reciproca inter maritum & uxorem non extantibus liberis proveniat juri romano ignota, non levia pro nostra communione argumenta ex scriniis, ubi nobilium familliarum acta affervantur, in lucem posse proferri mihi persuasum est, si iis, quibus ad ea aditus patet, evolvere liberet, quo successionis modo familiae nobiles non extantibus liberis usi fuerint, coniuges ne, an cognatos ad hereditatem admirerint? Nec est quod dubitem, quin abundissimis exemplis possit probari, coniuges superstites nobilis prosapia deficentibus liberis

beris in defuncti conjugis hereditate, prædiis, possessi-
onibusque allodialibus, feidis æque hereditariis pro-
ximis agnatis semper fruſſe prelatos, niſi Paſto aliud
fuerit proviſum. Mihi quidem acta quædam ex repo-
ſitura preſecturæ Hilperhusanæ perluſtranti exemplum
quoddam de ſucceſſione in prædiu m equeſtre allodiale
in villa Streufdorf ſitum, (quod noviori ævo emi-
vendi titulo ad preſecturam Hilperhusanam perve-
nit, & hodie ſub nomine der Händel/chen Güter enun-
ciari ſolet,) obviuム factum eſt. Illud prædiu m cum
multos per annos apud familiam Schaumbergicam fu-
iſſet, ab Helena Georgii de Schaumberg filia in here-
ditate paterna acq[ui]litum eſt; quæ cum ao. 1528. abſ-
que liberis decessiſſet, prædiu m in maritum ſuperititem
Melchiorem de Schaumberg titulo hereditario perve-
nit, qui deinde fecundis nuptiis Dorotheam e gente
Siberiana duxit, illique ſine progenie moriens, ea bo-
na reliquit. Illa vero poſte Nobili cuidam de Gut-
tenberg nubens prædiu m tranſtulit ad maritum, a
quo demum ao. 1550. Christophoro de Hesperg vendi-
tum eſt.

His rationibus adducor veritatem in eo & ſic extra
omnem dubitationem poſitum putare, antiquiori ævo
communionem bonorum conjugalem inter nobiles æ-
que ac civici ordinis homines & ruricolas omnino ob-
tinuiffe, & hinc nostris quoque temporibus caſu obve-
nienc-

niente lites secundum normam illius esse decidendas,
donec ea consuetudo intuitu nobilium contraria con-
suetudine aut lege abolita probari possit. Quod qui-
dem in ditione Hilperhufana eo magis procedit, post
quam in litteris a serenissimo duce Ernesto Friderico
Carolo glor. mem. occasione prætersarum a virgine
nobili de Koeniz illatarum maternarum ex paterno con-
cursu, ad Regem Poruffæ potentissimum s. d. 24. A-
pril 1773, missis constitutio pro emendandis processus
defectibus authentice interpretata & ad nobiles exten-
sa est verbis: Also können hingegen einige müterliche Illata
so weniger anjetzo von der Könitzischen Tochter oder de-
ren Vormund repetiret werden, als durch ein Landesgesetz,
welches alle Unterthanen bindet, und worinnen die Nobilität
nicht ausgenommen sind, die communio bonorum unter E-
heleuten in unsfern Landen statt findet; mithin die Verför-
bene von Könitz ihres Mannes Schulden mit zu tilgen verbun-
den war.

Wd 3194

40

ULB Halle
001944 24X

3



TA-22

Von

1317

D

M.C

De Nuptiis
Illustris clarissimi atque d.
IOANNIS ULRICI

Sereniss. Duci Saxo-Hilperhi
Regiminis et Conf.

cum

virgine digna

IOANNA CA¹
ELISABETHA HI²

Parentum Claritudine egregia
forma eximia
auspicatissima
devota mente grata
et

Commentatiunculam de communi
conjuges Nobiles ditio
adjectit

Ioannes Christianus F.

Hilperhi
Typis Penz.

